De la Vmda

Haec tibi pentadecas tetragonon respicit illud
Hospitium petri ⁊ pauli ter quinq3 dierum.
Namq3 instrumẽtum vetus hebdoas innuit: octo
Lex noua signatur, ter quinq3 receptat vtrunq3.

Uetus testamentũ multiplici lingua nũc
primo impressum. Et imprimis
Pentateuchus Hebraico Gre-
co atq3 Chaldaico idioma-
te. Adiũcta vnicuiq3 sua
latina interpreta-
tione.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

BIBLIA
COMPLUTENSE

TOMO I

PENTATEUCO

U.S.D.A.
5887

Ad sanctissimum ac clemẽtissimum dominum

nostrum. D. Leonem Decimum diuina prouidentia Pontificem Maximum Reuerendissimi in Christo patris ac dñi. D. F. Francisci Simenii de Cisneros Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ tituli. S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis Hispaniæ Archiepiscopiq; Toletani ac regnorũ Castellæ Archicãcellarii &c. in libros veteris ac noui testamẽti multiplici lingua impressos.

Prologus.

Alta sunt beatissime Pater: quæ ad excudendas impressoriis formis originales sacræ scripturæ linguas nos incitarũt. Atq; hæc imprimis. Q̃ cum vniuscuiusq; idiomatis suæ sint verborum proprietates: quarum totam vim non possit quamtumlibet absoluta traductio prorsus exprimere: tum id maxime in ea lingua accidit: per quam os domini locutum est. Cuius littera q̃uis ex se mortua sit & uelut caro: quæ non prodest quicq̃ (Nam spiritus est qui viuificat) quia tamen Christus verborum figuris velatus intra eius vterum manet inclusus: nõ dubium: quin tam admiranda sit fæcunditate repleta: tam exuberãti mysteriorũ copia cumulata: ut cum plena semper sit & redundãs: flumina de ventre eius fluãt aquæ viuæ: vnde hi quibus datum est reuelata facie gloriã dñi speculari: vt in eãdẽ imaginem trãsformentur: possint assidue haurire mira diuinitatis eius arcana. Quippe cum nulla dictio nulla litterarum connexio esse possit: ex qua non emergant & veluti pullulent reconditissimi cœlestis sapientiæ sensus. Ex quibus cum non possit eruditissimus quisq; interpres nisi vnicũ explicare: necesse est vt post interpretationem mancat adhuc scriptura grauida: variisq; ac sublimibus intelligentiis plena: quæ nequeant aliunde q̃ ex ipso archetypæ linguæ fonte cognosci. Accedit: q̃ vbicũq; latinorum codicum varietas est: aut deprauatæ lectionis suspitio (id quod librariorũ imperitia simul & negligentia frequentissime accidere videmus) ad primam scripturæ originem recurrẽdum est: sicut beatus Hieronymus & Augustinus ac cæteri ecclesiastici tractatores admonent: ita ut librorũ Veteris testamẽti syncerita ex Hebraica veritate: Noui autẽ ex Græcis exemplaribus examinetur. Vt ipsa igitur originalia in promptu haberet quicũq; diuinarũ litterarũ studiosus: posset q̃ non solis riuulis esse contẽtus: sed ex ipso fonte salientis aquæ in vitam æternã sitim pectoris extinguere: iussimus archetypas sacræ scripturæ linguas cum adiunctis variarũ linguarũ translationibus impressioni mandari Sãctitatis tuæ nomini dedicãdas. Atq; imprimis Nouũ testamentum Græco Latinoq; sermone excudẽdum curauimus simul cum Lexico Græcarum omnium dictionum: quæ possunt in eo legentibus occurrere: vt his quoq; qui nõ integram linguæ cognitionem adepti sunt pro viribus consuleremus. Deinde vero anteq̃ Vetus testamentum aggrederemur: Dictionarium præmissimus Hebraicorum Chaldaicorumq; totius ueteris instrumẽti vocabulorum. Vbi non tm̃ multiplex significatio cuiusq; dictionis exprimitur: sed (quod studiosis vtilissimũ fore credimus) locus scripturæ in cuiusq; significati testimoniũ citatur. Rursus: cum nõ solus litteræ occidentis cortex sed introrsus latitans spiritus viuificantis nucleus maxime sit a studioso diuinæ scripturæ requirendus: atq; huius præcipua pars ex propriorũ nominũ interpretatione depẽdeat: quorũ ab æterno præuisa impositio incredibilẽ opẽ affert ad propalãdos spirituales abstrusosq; sensus & detegẽda arcana mysteria: quæ sub ipso litteralis textus vmbraculo spiritus sanctus velauit: Idcirco interpretationes propriorũ nominum a viris linguarũ peritia præcellẽtibus maxima diligẽtia iussimus elucubrari: & secũdum Alphabeticã serie dispositas Dictionario adiungi. Quibus succedit legendorũ Hebræorũ characterũ instructio & eiusdẽ idiomatis Grãmatica ex pluribus receptæ fidei Hebræis autoribus collecta & ad latini artificii normã reducta. Quibus omnibus uelut̃ p̃ præludio ita peractis: ad excussionem diuersarum veteris testamẽti linguarum nos conuertimus: adiicientes etiam singulis earum suam latinam translationẽ. Q̃na in re id aperte Beatitudini tuæ testari possumus Pater sanctissime: maximam laboris nostri partem in eo præcipue fuisse versatã: vt & virorũ in linguarum cognitione eminentissimorum opera vteremur: & castigatissima omni ex parte vetustissimaq; exẽplaria pro archetypis haberemus: quorũ quidẽ tã Hebræorũ q̃ Græcorũ ac latinorũ multiplicẽ copiã variis ex locis nõ sine summo labore cõquisiuimus. Atq; ex ipsis quidẽ Græca Sanctitati tuæ debemus: qui ex ista apostolica Bibliotheca antiquissimos tum Veteris tum Noui testamẽti codices perq̃ humane ad nos mitisti: qui nobis in hoc negocio maximo fuerunt adiumẽto. Consumata itaq; excussione Noui testamenti Græce Latineq; impressi cum suo Lexico. Impresso etiam Hebraico Chaldaicoq; Dictionario: cui adiũcta est Grammatica cum nominum propriorum interpretationibus. Absolutis præterea annotationibus differentiarum Veteris testamenti: quas cum Nicolaus de Lyra nõ omnino absolutas edidisset: eas nos per viros linguarum peritissimos multis in locis addi fecimus. Tandẽ diuino auxilio Vetus testamentum multiplici lingua excudi fecimus. Quæ omnia nũc ad Sanctitatem tuam mittimus. Nam cui potius vniuersæ vigiliæ nostræ dicandæ sunt: q̃ Apostolicæ isti sedi: cui omnia debemus? Aut quis libentius sacros Christianæ religionis libros suscipere & amplecti debet: q̃ sacer Christi vicarius? Accipiat igitur Sanctitas tua læta fronte munusculum: quod in domini gazophylatium offerimus: vt incipiant diuinarum litterarũ studia hactenus intermortua nũc tandẽ reuiuiscere. Obsecramus autẽ Beatitudinẽ tuam enixissime: vt libros hosce: qui nunc se sacris istis vestigiis supplices aduoluũt: examines: & ad seueriss̃imi iuditii tui censurã reuoces: vt si Christianæ reip. vtiles fore videbuntur: editionis beneficium a Sanctitate tua recipiant. Nã eos nos hucusq; continuimus: sacrum istũ Apostolici fastigii oraculum consulturi. Sed iam hæc ad Beatitudinem tuam satis. Nũc ad instruendum de operis artificio lectorem conuertimur.

Prologus.

Ad lectorem. De his que ad lectionem Veteris

testamenti diuersis linguis nunc primum impressi: sunt prænotanda.

Si intelligas studiose Lector modum & ordinem: quem in hac veteris testamẽti impressione seruauimus: ac inde possis hoc libro facile vti: nonnullorum te admonitũ prius esse oportet. Imprimis igitur id est præmittendum: ꝙ cum vetus testamentum a sacris doctoribus trifariam diuidatur: hoc est in legem: quam Pentateuchum appellant: & in libros deinde Agiographos: ac demum in eos qui dicuntur Prophetales: in his omnibus nõ est idem numerus linguarũ. Sed Pentateuchus quidem triplicem linguam habet: Hebraicam uidelicet Chaldaicam & Græcam: quas imprimendas iussimus cum aliis tribus latinis interpretationibus iuxta correspõdẽtibus: ita vt Hebraicæ veritati respõdeat latina beati Hieronymi trãslatio: Chaldaicæ vero alia latina fere de verbo ad verbũ a viris eius linguæ peritissimis elaborata: Græcæ aũt septuaginta interpretũ editioni interlinearis latina traductio. Agiographi deinde libri simul & Prophetales duplici lingua excudũtur: hoc est Hebræa & Græca cum aliis duabus latinis translationibus illis correspondentibus. Nã Chaldaica in cæteris libris præterq̃ in Pentateucho corrupta est aliquibus in locis: & fabulis merisq̃ Thalmudistarum nugis conspersa: indigna prorsus quæ sacris codicibus inseratur. Verum quia quibusdam in locis vbi integra est littera & incorrupta: mirũ in modum fauet Christianæ religioni: Idcirco reliquos libros totius Veteris testamenti e Chaldaica lingua in latinam verti fecimus: & diligentissime cum sua latina traductione conscriptos in publica Complutensis nostræ Vniuersitatis Bibliotheca reponi. At vero libri extra canonẽ: quos Ecclesia potius ad ædificationem populi: q̃ ad autoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam recipit: Græcam tm̃ habent scripturam: sed cum duplici latina interpretatione: altera beati Hieronymi: altera interlineari de verbo ad verbũ: eo modo quo in cæteris. Hæc autem de numero linguarum huius libri oportuit in vniuersum prælibasse. Nunc de modo quo linguas Pentateuchi in libro ipso dispositimus: breuibus agendũ est. Primum itaq̃ aperto codice duæ se tibi chartarũ facies hinc & inde offerent: quarum vnaquæq; tres præcipuas colũnas habet. Ex quibus ea quæ ad marginem exteriorẽ sita est: Hebraicam continet veritatẽ. Quæ vero interiori margini adhæret: Græca est septuaginta interpretũ editio: cui superponitur latina interlinearis traductio de verbo ad verbum. Mediam aũt inter has latinã beati Hieronymi translationẽ velut inter Synagogam & Oriẽtalem Ecclesiam posuimus: tanq̃ duos hinc & inde latrones medium autẽ Iesum hoc est Romanam siue latinã Ecclesiam collocãtes. Hæc enim sola supra firmam petram ædificata (reliquis a recta Scripturæ intelligentia quãdoq; deuiãtibus) immobilis semper in veritate permansit. His præterea tribus colũnis duæ aliæ minores columellæ in calce paginæ supponuntur. Quarum altera latior Chaldaicam continet scripturam: altera angustior latinam eius interpretationem. Disponũtur vero columnæ ipsæ hoc modo: vt singulis lineis Hebraicis correspondeant binæ lineæ latinæ e regione: hoc tamẽ semper obseruato: vt omnes quinq; columnæ tam in principio q̃ in fine cõsentiant: nisi vbi loci angustia nõ patitur: quod rarissime deprehendes. Deinde quia instituti nostrum est: non solum his consulere: qui absolutã linguarum peritiam sunt assecuti: sed his etiam opem ferre: qui parum in eis profecerunt: vtriq; emi debitores sumus: neminẽq; esse cupimus: quem peregrinorum idiomatum difficultas absterreat a diuinorum librorum penetralibus adeundis. Idcirco vt Hebraicas dictiones facile possit quicunq; distinguere: & suam latinã interpretationẽ cuiq; assignare: inter singulas dictiones Hebraicas superponũtur minutæ litterulæ latinæ Alphabetico ordine procedentes: quibus cõsimiles aliæ in latina proxima colũna correspõdent: vt per similitudinem litterulæ cognoscatur: quæ dictio latina ad quã Hebraica sit referenda. Quãdo vero interpres per circũlocutionem pluribus dictionibus vnicam interpretatur: aut e diuerso vnica dictione plures amplectitur: tunc vnica litterula toti circũlocutioni vel etiã cõpendio deseruiet. Ex his præterea litterulis nonnullas reperies: quibus tenue punctũ subscribitur hoc modo ̣: Quod quidem punctum designat: vel dictionẽ Hebraicam subiacentem multiplicem esse & æquiuocam: ac proinde reconditum aliquod secretæ intelligentiæ mysterium claudere: quod possit facile consulto Dictionario a perspicacib9 mẽtibus inuestigari: vel denotat saltẽ: ipsam eius significationẽ in latina colũna positã potius translatitiam esse & soli sensui subseruientẽ: q̃ propriam omnino & litteralẽ. Rursus quia inuenire primitiua siue radices dictionũ Hebraicarũ & Chaldaicarũ a prima origine deuiantium res est perquã necessaria ad reperiẽda in Dictionario vocabula: sed tantæ difficultatis: vt homines eius linguæ peritissimi frequẽter in ea titubent: ac nõnunquã etiã labantur: artificiũ excogitauimus q̃ vtilissimũ: quo possit quispiã vel primis dũtaxat Hebraicis rudimẽtis imbutus radicẽ cuiusq; dictionis in prõptu habere: vt iã his adminiculis adiuti: Hebræorũ (vt ait beat9 Hieronymus) nauseam & ructum fastidientes: præceptores eorum consulere nõ egeamus. Aduertẽdũ itaq; est: ꝙ cũ dictioni Hebraicæ siue Chaldaicæ correspõdet alia in margine (quod dignosces ex simili litterula utriq; dictioni imposita) Tũc dictio ipsa sicut est in margine notata: quærenda est in vocabulario. Illæ emi sunt primæ litteræ substantiales primitiui. Reliquæ vero dictiones hebraici textus: quib9 nulla dictio primitiua respondet in margine: ex primis earum tribus aut q̃nq; etiã solis duab9 litteris sunt in dictionario requirẽdæ. Preterq̃ vbi precesserit aliqua ex his quinq; litteris beth: he: caph: lamed: mem: quocũq; apice subiecto dũ modo sit apice desup notata hoc modo. בֿ הֿ כֿ לֿ מֿ Tũc emi talis littera ꝑticulo seu præpositione sumitur: ac ꝑinde cũ nõ sit littera substãtialis auferẽda est: & ꝑximæ tres vel quãdoq; etiã solæ duæ litteræ sequentes erũt primæ litteræ primitiui: ex quibus dictio ipsa in vocabulario reperietur. Quod eodẽ modo intelligendũ est de ו vau littera etiam si nunq̃ tali signo notetur. Vbicũq; emi alicui dictiõi præponitur: semper ꝑ coniũctione copulatiua vsurpatur: quare tollere eã oportebit. In chaldaico vero hoc est etiam obseruandũ: ꝙ ד daled littera apud Chaldæos nõnunquã pro articulo genitiui accipitur: ac propterea quãdo reperta fuerit cum prædicto apice: tollenda est: sicut de aliis diximus. Rursus:

Prologus.

Si dictio chaldaica (cui nihil in margine respõdet) nõ inueniatur in Dictionario: id accidet propterea q̃ hæ litteræ אהוי frequẽter ponũtur p̃ vocalib⁹. Tũc igitur dẽptis huiusmodi litteris residuæ erũt litteræ primitiui in dictionatio requirẽdæ. Atq; hæc quidẽ succincte dicta sunt: vt legẽtibus hebraicã litterã statim absq; arte seu cõsideratione vlla pateat dictionis primitiuũ. Q̃d si curiosus lector nõ solo vsu cõtentus artẽ reperiẽdarũ radicũ nosse desiderat: legat vltimũ capitulũ nostræ Hebraicæ Gramaticæ in fine Hebraici dictionarii: q̃d tñ vt absq; librorũ reuolutione facile occurreret: huic instructioni duximus subiũgendum.

Illud est etiã cõsiderãdũ: q̃ in hebraicis characteribꝰ sciẽter omissimꝰ apices illos: quibꝰ nũc vtũtur Hebræi p̃ accẽtibus. Nã hi cũ ad nullã vel significati vel p̃nũciationis differentiã pertineãt: sed ad solã cãtus ipsorũ modulationẽ: merito a veteribus Hebræis reiecti sunt: quos in hoc imitari maluimus. Verũ ne locus accẽtus cuiusq; dictionis ignoretur: hoc modo p̃uidimus: vt quoniã dictiones hebraicæ vt plurimũ in vltima habẽt accentũ: oẽs huiusmodi dictiones nullo prorsus apice notarẽtur: reliquæ vero nõ habentes accentũ in vltima (quæ rarissime occurrũt) Super syllabã vbi prædominatur accẽtus: apice signarẽtur: hoc modo אֶרֶץ. Cæterũ in distinctione clausularũ colo etiã vtuntur Hebræi & cõmate: sed ita: vt colũ sit duplex punctũ: sicut cõma apud latinos: hoc modo: Cõma vero tale signũ ⸌ Quod aũt ad Græcã scripturã attinet: illud te nõ latere volumus: nõ vulgaria seu temere oblata exẽplaria fuisse huic nostræ impressioni archetypa: sed vetustissima simul et emẽdatissima: quæ sanctissimus Dñs noster Leo Decimus Põtifex maximus cæptis nostris alpirãs ex ipsa apostolica Bibliotheca ad nos misit: tãtæ integritatis: vt nisi eis plena fides adhibeatur: nulli reliqui esse videãtur: quibus merito fit adhibẽda. Quibus etiã adiũximus alia nõ pauca: quorũ partẽ ex Bessarionis castigatissimo codice summa diligentia trãscriptã Illustris Venetorũ Senatus ad nos misit: partem ipsi magnis laboribꝰ & expẽsis vndiq; cõquisiuimus: vt copia emẽdatorũ codicũ abũde supesset. Latinã itidẽ beati Hieronymi trãslationẽ cõtulimus cũ q̃plurimis exẽplaribus venerãdæ vetustatis: sed his maxime: quæ in publica Complutẽsi nostræ vniuersitatis Bibliotheca recondũtur: quæ supra octingẽtesimũ abhinc annũ litteris Gothicis cõscripta: ea sunt synceritate: vt nec apicis lapsus possit in eis deprehendi. Aliqua tamen nomina propria vitio scriptorũ aliter scripta q̃ in originalibus vtriusq; testamẽti habẽtur: intacta dimisimus: atq; id quidẽ consulto. Nã si nũc in eis litterã aliquã mutassemus: nequaq̃ possent reperiri in tractatu interpretationũ: quẽ iuxta vulgatã horum nominũ scripturã alphabetico ordine pridem confecerãmus. Adnotauimus tamẽ in ipsis interpretationibus eadẽ nomina propria nõ solũ ponentes ea sicut cõmuniter scribũtur: sed etiã prout habẽtur ad litteram in suis originalibus. Demũ in libro psalmorum illud est admonendũ: cõmunẽ translationẽ latinã: qua vtimur: positam esse pro interlineari supra græcam septuaginta interpretum editionem: quia ei de verbo ad verbum fere correspõdet. Eã autem quã beatus Hieronymus iuxta hebraicã trãstulit veritatem in medio duarum columnarum fuisse locatã. Erit tibi igitur lector studiose oĩa quæ ad vetus testamẽtum attinent: facilia omnino & manifesta. Verũ vt nõ solum Veteris testamẽti sed & cæterorũ librorum intentionẽ summatim cõplectaris: visum est & præfatiunculas Noui testamẽti atq; Dictionarii hebraici infra subiungere: post artẽ inueniẽdarum radicum: quam immediate subiecimus: q̃ ad hãc instructionẽ plurimum facit: vt prædiximus.

De Arte inueniẽdi radicẽ siue primitiuum

cuiusq; dictionis Hebraicæ Cap. ex Hebræa Grãmatica transcriptum.

Ostquã in superiori tractatu grãmaticæ Hebraicæ dissertuimus de modo legẽdi & de partibus orationis tã declinabilibus q̃ indeclinabilibus. Restat nũc tractare de modo cognoscẽdi radicẽ siue primitiuũ: vnde aliæ dictiones derivatiuæ habẽt originẽ: vt primitiuo inuento recurratur ad vocabularium hebraicũ: quod procedit per ordinẽ alphabeti hebraici: in quo ponuntur primitiua omnium dictionum: quæ in veteri testamẽto continentur: & significationes earum: & in quolibet primitiuo ponuntur etiã dictiones derivatiuæ quæ ab eo procedunt. Et quia in verbo est maior difficultas cognoscẽdi originẽ: & vtrum sit primitiuum an derivatiuũ: quoniã nõ solum ab eo derivãtur alia verba & participia sed & nomina & aliæ partes orationis: ideo primo de illius origine agẽdum erit: deinde de nomine & aliis dictionibus. & ideo circa primitiuum verbi primo est aduertẽdum: q̃ primitiuũ quod apud hebræos dicitur שֹׁרֶשׁ sores. i. radix cuiuscunq; verbi vel participii & omniũ dictionũ quæ ab eo derivãtur: sunt litteræ quæ constituunt tertiã personã singularẽ primæ vel secũdæ coniugationis actiuæ vocis indicatiui modi tẽporis præteriti: vel infinitiuũ eiusdẽ vocis. Quæ cõiter sunt tres litteræ & nõnunq̃ qnattuor vel quinq; sed hoc rarissime. Exempli gratia ex פָּקַד. i. visitauit derivãtur oĩa verba quattuor cõiugationũ: quæ cõtinent prædictas tres litteras: & etiã oĩa noĩa & aliæ partes orationis quæ a prædicto uerbo deriuãtur: sicut apud latinos Amo est primitiuũ cæterarũ personarũ & modorũ & tẽporũ & omniũ aliarũ dictionum: quæ ab eo deriuãtur. Et sunt aliæ dictiones: quæ a verbis nõ deriuãtur: quarũ primitiua aliquãdo cõtinẽt plus vel minus q̃ tres litteræ. Et quia apud hebræos multæ litteræ præponuntur vel postponuntur ipsis primitiuis in cõpositione: ideo oportet dare aliquas regulas: vt sciamus aliquo modo distinguere: quæ litteræ sunt de substãtia dictiõis: & quæ litteræ nõ sunt de eiꝰ substãtia. Circa quod sciendũ: q̃ ex viginti duabus litteris alphabeti hebraici vndecim sunt semper substãtiales: q̃ in quacũq; dictione venerint: sunt de substãtia illius dictionis: & cõstituunt significatũ & primitiuum eiusdẽ dictionis: & reiici nõ possunt. Sunt eñ quæ sequuntur גדזחטסעפצקר. Quæ his quattuor dictionibus cõpræhẽduntur טח סָפַר גֵּזַע צָדַק. Ex quibꝰ litteris duæ sunt duplices. s. פ pe. & צ sadic. Aliæ vero vndecim quæ sequũntur possunt esse accidẽtales. s. אבהוזכלמנשת. ex quibꝰ tres sunt duplices. s. caph. mem. nun. & cõpræhẽdũtur præd̃ictæ vndecim litteræ his tribꝰ dictionibꝰ. אֶתְמְנָה קְשַׁלִּיבֹן. Hæ eñ vndecim litteræ vel quælibet earum possunt esse substãtiales: sicut aliæ vndecim suprad̃ictæ: & possunt esse accidentales ad denotandum numerum vel personam aut casum vel cõiugationẽ: modos: tẽpora: præpositionem vel

articulū aut pronomina affixa: de quibus in grāmatica dictum est. Et aliquādo addūtur maiori ex parte nominibus causa ornatus: & aliquæ earū ponūtur aliquādo loco vocalium. Quæ emī ponūtur in fine verborū ad denotandū numerum vel personam aut genus: sunt sex quæ sequuntur. הוימנת. Quæ hac dictione cōprehēduntur יתנמון. Quæ vero præponūtur ad denotādū cōiugationē vel vocē passiuam: hac dictione cōprehendūtur. תנה. Quæ autē præponūtur in futuro: sunt quattuor: quæ hac dictione cōprehēduntur. איתן. Quæ ponūtur in fine nominū aut verborū ad denotāda pronomina quæ cū eis cōponuntur: sunt quæ sequuntur. הויכרסנן. Quæ in compositione ponuntur pro coniunctione vel articulis aut relatiuis vel præpositionibus: sunt septē: quæ his duabus dictionibus cōtinentur. והשכלם. Nam littera vau quādo venit in principio dictionis: nō est de substātia eiusdem dictionis: sed ponitur pro coniunctione: vt infra dicetur: & etiā in fine dictionis vau vel iod nō possunt esse substantiales: nisi in paucis admodum locis. Et ista littera ה he ponitur aliquādo in principio dictionis loco articuli: sicut in nostro vulgari dicitur. el. la. los. las. Et aliquādo ponitur interrogatiue vel admiratiue: vt supra in grāmatica dictū est. Et ista littera ש sin ponitur aliquādo pro hoc relatiuo qui. quæ. quod. omnis generis & vtriusq; numeri. Et ista littera ב beth ponitur pro præpositione in. ל lamed vero articulus est datiui casus vel genitiui: ponitur etiā aliqñ pro ad. Et ista littera מ mem ponitur loco præpositionis a. vel ab. de. ex. Litteræ vero quæ ponūtur aliquādo loco vocaliū sunt quattuor. s. אהוי. Et est notādum quod istæ quattuor litteræ. א ב ל ש quando ponūtur in fine vel in medio dictionis semp sunt substātiales: aliæ vero septē quæ his duabus dictionib? cōprehenduntur תכן היום possunt esse accidētales: siue ponātur in principio siue in fine dictionis. Litteræ vero quæ addūtur aliquādo dictionibus causa ornatus: sunt sex: quæ hac dictione cōprehendūtur. s. האמנתי. Sunt præterea aliqua verba: quæ in processu cōiugationis aliquādo amittūt vnā litterā ex trib? substātialib?: aut duas. & hoc quattuor modis. Primo quādo amittūt primā litterā substantialem. Secūdo quādo amittūt mediā. Tertio quādo amittunt vltimam. Quarto quādo amittūt primā & vltimam. Verba vero quæ amittūt primā litterā substantialē: sunt illa: quorū prima littera substātialis est vna ex his tribus. s. ו י ל. vt ידע idest sciuit. לקח. i. accepit. גש. i. accessit. Et ista littera ל lamed tātūmodo amittitur in prædicto verbo לקח lacach. s. in futuro & in imperatiuo & infinitiuo: vt supra dictū est. Quæ vero amittūt litteram mediā: sunt illa quorū littera substātialis media est vau vel iod. vt שוב idest reuertere בין idest intelligere: quorū verborum infinitiuus cōtinet tres litteras substātiales. Quæ vero amittūt vltimā: sunt illa q̄ desinūt in ה. vt גלה. i. reuelauit. vel illa quorum vltima duplicatur. vt רבב. i. multiplicauit: quoniam tunc vna ex illis amittitur in discursu cōiugationis. Quæ vero amittūt primam & vltimam: sunt illa quorū littera substātialis prima est נ & vltima est. ה vel נ vt נטה. i. tetendit. עתן. idest dedit. Et vt ea quæ supra dicta sunt manifesta fiāt: ponamus exēplum in aliquibus verbis & nominib?: vt possimus discernere quæ litteræ sunt substātiales ex eorum primitiuo: & quæ sunt accidentales: & quæ deficiunt. Esto exēpli gratia hoc verbū והל בישו והו quod in Hebræo est vnum verbum compositum: & significat: & fecerūt indui eum. In quo prima littera quæ est vau ponitur pro coniunctione. Et secunda littera quæ est he & quinta quæ est iod denotāt verbum esse tertiæ coniugationis. Septima littera quæ est vau denotat tertiam personam pluralem. Octaua & nona littera quæ sunt he & vau: denotāt pronomē singulare tertiæ personæ. s. eum vel illū: quod cōponitur cū prædicto verbo. remanēt igitur tres litteræ. s. ל ב ש quæ ī tertia persona singulari indicatiui primæ cōiugationis faciūt לבש. i. induit quod est primitiuū supradicti verbi. Ponamus iterum exēplum in verbis defectiuis. & esto exempli gratia hoc verbum יתנני. i. dabit me: in quo iod prima designat tertiam personā futuri: & nun & iod vltimæ constituunt pronomē primæ personæ. s. me: quod componitur cū prædicto verbo. remanēt itaq; duæ litteræ. s. ת & נ. & quia prædictum verbum est naturæ verborum defectiuorum: quæ in processu cōiugationis amittūt nun litterā substantialē primā: ideo addendo nun prædictis duabus litteris in principio fit עתן. i. dedit: quod est primitiuum supradicti verbi. Ponamus exemplum in vno nomine. s. תרבות. i. incrementū vel multiplicatio: in quo tau prima est ex litteris האמנתי. quæ aliquādo adduntur in principio nominis: vt supra dictum est. Tau vltima denotat genus fœmininū. Vau vero ponitur loco. u. vocalis. remanēt ergo duæ litteræ. s. ר ב: cuius primitiuū est רכב siue ירכב. i. multiplicauit. quia vt dictum est ה. finalis primitiui & littera quæ duplicatur: aliquādo amittitur in deriuatiuis. Ponatur iterum exemplū in alio nomine. s. במשמרך תך. i. in custodia tua. cui? primitiuum est שמר. i. custodiuit: quia littera prima quæ est beth ponitur pro præpositione in: & littera mem quæ sequitur est de litteris quæ addūtur in principio nominis: vt supra dictū est. tau vero denotat genus fœmininū: chaph vltima designat hoc pronomen tua: quod cōponitur cū prædicto nomine. Et hæc hactenꝰ dicta sint de primitiuis verborū. Circa cognitionē vero primitiuorū nominis & aliarū dictionum indeclinabiliū quæ a verbis non deriuantur: est aduertendum: q̄ in primis sunt reiiciendæ oēs litteræ accidētales: quæ denotāt numerū: articulū: siue præpositionē: & litteras quæ addi consueuerūt ornatus causa: vel quæ designant pronomina quæ cū illis cōponūtur: quēadmodū de nominib? verbalibus supradictū est: quib? reiectis litteræ quæ remanent: substantiales sunt: vt exempli gratia. לאבותיו. i. patrib? nīis. tolle lamed datiui & vau & tau & iod designātes pluralē: & nun & vau designātes pronomē possessiuū primæ personæ pluralis: reliquæ sunt aleph & beth hoc est ab אב. vt in prima dictione vocabularii. Et quia ad inueniendū primitiuū cuiuscūq; dictionis deriuatiuæ oportet habere noticiā grāmaticæ hebraicæ: in qua plenius ea quæ prædicta sunt cōtinētur: quod nō omnibus cōtingit: cū etiā apud ipsos hebræos vsu magis quā arte discant bibliā Hebraicam: & vix inueniatur in eis vir doctus in sua grāmatica: ideo in biblia quā imprimēdā curauim? annotabūtur in margine primitiua dictionū: quarū inuentio nō esset facilis oībus. Verūtamē in aliquibus dictionibus nō erit opus adnotare primitiua in margine: videlicet in illis quæ cōtinent litteras primitiui nec plus nec minus: q̄uis in significato vel in apicibus sit aliqua differentia. vt דבר. i. mors vel pestis: cuius primitiuum est דבר. i. locutus est. & פקד. i. visitans cuius primitiuum est פקד. i. visitauit. Item si in principio dictionis sunt litteræ primitiui: q̄uis postea habeat alias litteras accidētales: nō ponetur eius primitiuum in margine. vt אמרתי. i. verbum meū: cuius primitiuum est אמר. i. dixit. Item si dictio incipit a littera vau

& post illam immediate cõtinet litteras primitiui: tũc non notabitur primitiuum: quia vt supra dictum est littera vau in principio dictionis semper ponitur pro coniunctione: & nunq̃ est de litteris primitiui: exceptis duobus locis tantum: & aliquibus nominibus propriis: vt patet in vocabulario. Item si post aliquam istarũ quinq̃ litterarũ בהכלמ quæ ponũtur in principio dictionis pro articulis vel præpositionibus si immediate sequũtur litteræ primitiui: nõ ponitur primitiuum in margine. Et quia prædictæ quinq̃ litteræ aliquando sunt de substantia dictionis siue de eius primitiuo: ideo quando sunt accidentales & ponũtur pro articulis vel præpositionibus: notantur quodam apice desuper impositio hoc modo ה כ ל מ ב . Et quia in translatione chaldaica: quam etiam fecimus imprimi: istæ quattuor litteræ אהוי frequẽtius ponuntur loco vocalium quam in hebræo: ideo si his demptis dictio continet litteras primitiui: non erit opus signare primitiuum in margine. Item quia in prædicta lingua chaldaica littera daleth est articul? genitiui casus: ideo quando non est de substantia dictionis: notabitur prædicto apice hoc modo ד. & si post talem litteram sequantur litteræ primitiui: non ponetur in margine. & de his dicta sufficiant.

Prologus in nouum testamentum: et de causis quare in eo apices græci sunt prætermissi.

Ad lectorem.

Emireris aut vitio vertas o studiose lector: q̃ in noui testamẽti græca editione aliter q̃ in veteri nudæ tãtum litteræ sine vllis aut spirituum aut tonorum notis impressæ publicẽtur: opere præcium visum est huius tibi rei rationem assignare. Ea enim huiusmodi est. Antiquissimos græcos absq̃ hisce fastigiis litterarum scriptitasse notius est: q̃ vt sit multis argumentis comprobandum. Docent enim id aperte antiqua non pauca exẽplaria: vt Callimachi poemata: necnõ & Sibyllina carmina: ac præterea etiam marmorea monumenta vetustissima: quæ Romæ adhuc visuntur nudis solum characteribus incisa. Vt liquido cõstet: huiusmodi virgularum apicumq̃ suprascriptiones non in illa primæua græcæ linguæ origine fuisse excogitatas: nec ad eius integritatem vsquequaq̃ pertinuisse. Cum igitur vniuersum nouum testamentum preter Euangelium Matthei & epistolam ad Hebræos græce primum sicut a spiritu sancto dictatum est: scriptum esse cõstet: visum est priscam in eo linguæ illius vetustatem maiestatemq̃ intactam retinere: ac opus ipsum prætermissis etiam ipsis quibusuis minimis appendiculis excussum ad imaginem antiquarum scripturarum publicare. Ne rei tam sanctæ autoritati ac venerandæ maiestati adiectitiis nouitiisq̃ rebus detrimentũ afferri videretur. Accedit: q̃ si verum fateri volumus: hic spirituum tonorũq̃ defectus nullum prorsus impedimentum ad rectam intelligentiam afferre valet his qui aliquantum in græca eruditione promouerunt. Cæterum ne alicui dubium aliquod possit occurrere: in qua videlicet syllaba accentum oporteat collocari: simplex tantũ apex in polysyllabis dictionibus adiectus est: & is quidem non tanq̃ græcus accentus: sed tanq̃ notula signumq̃ quo dirigi possit lector: ne in prolatione modulatione ve dictionum aliquãdo labatur. In veteris autem testamenti editione græca: cũ ea solum translatio sit non originalis textus: non fuit consilium quicq̃ ex vulgari scribendi modo tollere aut immutare. Et quia non doctis solum: sed omnibus in vniuersum sacrarum litterarum studiosis hoc opere consulendum est: appositæ sunt dictioni cuiq̃ litterulæ latinæ ordine alphabeti: indicantes quæ dictio dictioni e regione respondeat: ne sit nouitiis & nõdum adhuc in græcis litteris prouectis errandi locus. Rursum cum nõnullæ dictiones græcæ multiplices siue æquiuocas aut alias ambiguas significationes aliquando habere videantur: libuit hoc etiã annotare puncto suppositio litterulæ latinæ supra dictionẽ græcam collocatæ. Et vt præfatiunculæ tandem huic modus imponatur: illud lectorem non lateat: non quæuis exemplaria impressioni huic archetypa fuisse: sed antiquissima emendatissimaq̃: ac tantæ præterea vetustatis: vt fidem eis abrogare nefas videatur. Quæ sanctissimus in Christo pater & dominus noster Leo decimus pontifex maximus huic instituto fauere cupiens ex apostolica bibliotheca educta misit ad Reuerẽdissimum dñm Cardinalem Hispaniæ: de cuius autoritate & mãdato hoc opus imprimi fecimus. Vos autem litterarum studiosi hoc diuinum opus nouiter excussum alacri animo suscipite: & si christi Opt. Max. sectatores videri vultis & esse: nil iam restat quod causeminí: quominus sacram scripturam adeatis. Non mendosa exẽplaria: non suspectæ translationes: non inopia textus originalis: solũ animus & propẽsio vestra expectatur. Quæ si non defuerit: fiet proculdubio: vt litterarum diuinarum suauitatem degustantes reliqua studia omnia contemnatis. Valete & omnia boni consulite.

Prologus in Hebraicum Chaldaicũq̃ dictionarium: atq̃ Grammaticam Hebræam cum interpretationibus propriorum nominum.

Ad lectorem.

Am bis qui diuine legis integrã cognitionẽ ac i ea Christũ: qui vera sapiẽtia est: pio mẽtis affectu cõquirũt: q̃ plurimũ cõferat earũ linguarũ peritia: quib9 primaria origine sacra eloquia spiritu sancto dictãte cõscripta sunt: vt oẽs ferme ecclesiastici tractatores in q̃plurimis locis aperte testãtur. Ideo postq̃ iubẽte Illustrissimo ac Reuerẽdissimo in xp̃o patre & dño D. Fratre Francisco Ximenez de Cisneros sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ tituli. S. Balbinæ presbytero Cardinali Hispaniæ nũcupato sanctæq̃ Toletani. ecclesiæ Archiepiscopo Hispaniarũ primate ac regnorũ Castellæ Archicãcellario in cõmunẽ xp̃ianæ reipublicæ vtilitatẽ dedimus nouũ testamẽtum Græco Latinoq̃ sermone impressum: adiecto insuper q̃ vtilissimo Lexico græcarum omniũ di-

ctionū q̄ in eo cōtinētur: daturi quā primū vetus instrumētū (quod iā nūc in prelo est) Hebraica Chaldaica Græcaq̄ lingua cū singulis interpretationibus excussum. En præmittim⁹ vobis veluti ꝓ degustamēto & præludio operis copiosissimū Hebræorū Chaldæorūq̄ vocabulorū dictionariū. Opus ꝓfecto sacrarū litterarū studiosis supraq̄ dici possit vtilissimū summo labore elucubratū: nec minori etiā studio & sedulitate correctum. In quo nō modo simplices dictionū interpretationes tā primitiuarū quā derivatiuarū totius veteris instrumēti seriatim continētur: sed (quod omniū operosissimū fuit) quot locis in eodē veteri testamēto vnaquæq̄ dictio ꝓpter linguæ illi⁹ fæcūditatē multiplicet significata adiectis q̄plurimis cōcordātiis cōtinuo subiūgitur. Assignata cuiq̄ loco ꝓpria significatione: qua ibidē vius est latin⁹ interpres. Cæterū cū magna pars recōditorū vtriusq̄ testamenti mysteriorū in etymologia ꝓpriorū nominū siue hominū siue rerū quarūuis abstrusa lateat: nō paruāq̄ vim & adiutorium præbeat ad soluenda ænigmata & figuratas locutiones scripturarū: adiectus est secūdo loco tractatus de nominū propriorū interpretatione: quæ per vtrūq̄ testamētū tā Hebraico q̄ Chaldaico ac etiā Græco sermone passim dispersa leguntur: vt facile ex ipsa nominū abæterno præuisa impositione oēs docibiles dei valeāt nō occidētem litterā: sed ipsum mystici abditiq̄ sensus nucleū: quē spiritꝰ sanctus intra litteræ vterū obumbrauit: reuelata facie speculari litteræ velamine ablato. Apposita deinde est legēdorū Hebraicorū characterū ars & institutio: vna cū ipsa Hebreæ linguæ grāmatica ex summis ipsorum autorib⁹ accuratissime collecta atq̄ eo ordine digesta: vt nullibi (aut certe in q̄ paucissimis) præceptoris opera desiderari posse videatur. Et qm̄ in Hebræo Chaldæoq̄ idiomate difficiles cognitu sunt primitiuæ dictionū origines ad ipsorū derivatiuorū noticiā perquā necessariæ: operepræciū etiam visum est præcepta nonnulla hac de re adiūgere: quibus nosse studiosus valeat quibus litteris dēptis (qđ litterarū genus accidētale ab ipsis appellatur) maneat thema ipsum siue pura dictionis origo in dictionario requirēda. Quāuis aūt in ipsa Veteris testamēti impressione (quæ nūc in manib⁹ est) positiones hæ & nominū origines in margine Hebraicæ & chaldaicæ litteræ notatæ sint: multū tñ tū ad linguæ absolutā cognitionē tū ad studiosorū curiositatē facere visum est si ex arte id & nō solo vsu cognosceretur. Postremū tādē volumīs locū obtinet aliud dictionariū latini abecedarii ordine digestū: qđ oīa Veteris testamēti latina vocabula citatis prioris vocabularii paginis Hebraice ꝓferre docet: vt nō tātū hebraica latinæ: sed versa vice latina Hebraice possis enunciare. Quæ oīa lector studiose beniuolo gratoq̄ animo suscipito: & ad diuinæ sapiētiæ cognitionē referto. Ita em̄ fiet: vt bonorū laborū glorioſus sit fructus: & tu tādē intelligere incipias quātū reliquæ humanæ sapiētiæ lectiones a cœlestium litterarum nectare superentur. Vale.

NOtandū: q̄ trāslatores ⁊ interpretes bibliæ multi fuerūt: sicut dicit magister in historiis: quia ante incarnationē dñi anns. cccxli. tēporibus Ptolemæi Philadelphi regis ægypti lxx. interpretes floruerūt: qui leges & ꝓphetas hoc modo trāstulerūt. Ptolemæus studiosus & librorū cupidus perciēs apud iudæos legē esse ore dei editā & digito illius scriptā: missis epistolis & muneribꝰ rogauit Eleazarū pōtificē iudæorū: vt sibi viros seniores Hebraicæ & Græcæ linguæ peritos: qui interpretari & trāsferre valerēt: dirigeret. Eterū sua desideria essent: eā in græco trāslatā habere & archiuis regalib⁹ itereſſe. Eleazar⁹ aūt annuēs ei⁹ petitiōi: de vnaquaq̄ tribu sex legiferos vel legiferētes destinauit. Hi sunt. lxxii. interpretes: qui licet. lxxii. fuerūt: more sacræ scripturæ tñ cōiter dicitur. lxx. quia si duo supsunt: hoc est modicū respectu septuaginta. Qui veniētes ad regē Pentateuchū & ꝓphetas trāsferētes: corā rege disputauerūt de vno deo colendo: & q̄ nulla creatura esset deus. Inde est q̄ vbicūq̄ occurrebat eis i trāsferēdo de trinitate: vel sub silētio præteribāt: vel ænigmatice trāstulerūt: ne tres deos coēdos tradidisse viderētur. Similiter de incarnatione verbi faciētes. Vnde trāslatio septuagintaduū quādoq̄ est superflua: q̄ndoq̄ diminuta. Post incarnationē aūt dñi & passionē annis cētum vigintiquattuor: Aquila quidā iudæus ad fidē cōuersus: sed postea in heresim lapsus prim⁹ interpres fecit aliā translationē de hebraico in græcum tēpore Adriani imperatoris. Deinde post annos. liii. Theodotion fecit translationē sub Cōmodo. Deinde post annos trigin ta Symmachus interps claruit sub Seuero. Deinde post annos octo inuēta est quædā trāslatio hierosolymis: cuius autor ignoratur: quæ dicta est vulgata translatio vel quinta editio. Deinde post annos. xviii. tēpore Alexādri superuenit Origenes: qui vidēs istas trāslationes imperfectas: cœpit corrigere trāslationē. lxxii. interpretū ꝓ posteriores iā dictas trāslationes: vel secūdū aliquos solū translationem Theodotionis correxit & miscuit: scilicet supplēs diminuta & resecās supflua: vbicūq̄ igitur ad trāslationē. lxxii. interpretū aliquid addidit ex trāslationib⁹ sequētib⁹: vel vbi addidit quæ deerāt: ibi ponebat astericū vel asteriscū. i. stellam vel formā astri: ꝓ quod innuit: q̄ ꝓ additionē illā eluce bant quæ prius deerant. Et dicitur astericus ab aster & icon quod est imago vel signū: & ꝓducit penultimā: quia apud græcos icon scribitur per ei dipthōgō: & dicitur astericos secūdū modernos vel asteriscus secūdū antiquos: & tūc dicitur ab astris: idest stella & icō. Vbi vero erat supfluū ponebat obelū: Obel⁹ em̄ græce dicitur sagitta latine vel veru: signās ꝓ hoc q̄ littera ibi supflua erat. Deinde ipse Origenes fecit aliā trāslationē per se plenā sine his signis. Hi oēs trāstulerunt de hebraico in græcū. Deinde quidā volētes habere oēs istas trāslationes simul: scribebāt libros: sic eos ordinātes q̄ in medio cuiuslibet folii ponebāt sex colūnas a summo deorsum descēdētes: ponētes in prima verba trāslationis primæ: in secunda secundæ & sic de aliis. Et isti libri dicti sunt hexapla ab hex qđ est sex latine: quasi sexcupla: vel dicitur hexapla quasi liber habēs sex trāslationes rectas vel rectificatas. Quidā tñ hexapla exponūt simpliciter ꝓ exēplaria. Et his tēporib⁹ multi vtriusq̄ linguæ scioli fecerūt alias trāslationes de prædictis græcis translationibus in latinū. Nouissime superueniēs sanctus Hieronymus peritus in trib⁹ linguis: Hebraica: Græca & latina. Primo correxit translationē. lxxii. interpretū in latino cū astericis & obelis: postea vero trāstulit immediate bibliam de hebræo in latinū sine astericis & obelis. & hac trāslatione nūc vbiq̄ vtitur tota Romana ecclesia: licet nō in oībus libris. Et ipsius trāslatio merito cæteris antefertur: quia est verborū tenacior & pspicuitate sentētiæ clarior. Et translatio prima scilicet. lxxii. interpretū facta est in Alexandria ciuitate: quæ metropolis est ægypti. Aliæ autem translationes in diuersis partib⁹ mūdi: vbi tunc magistri polluerūt.

Prologus.

Nota q̄ vbicunq; in libris veteris testamēti mēdositas reperitur: recurrendum est ad volumina hebræorū: quia vetus testamentū primo in lingua hebræa scriptū est. Si vero in libris noui testamēti: recurrendū est ad volumina græcorū: quia nouū testamētū primo in lingua græca scriptū est: præter euāgeliū Matthei & epistolā Pauli ad hebræos.

Modi intelligendi sacram scripturam.

Notandum: q̄ omnis sacra scriptura quadriformi ratione distinguitur siue exponitur. Aut enim in historico vel litterali intellectu: aut allegorico: aut anagogico: aut tropologico: vel morali solet accipi. Historia nāq; est: quādo res aliqua quo modo secūdum litterā dicta vel facta sit: plano sermone refertur: vt cū dicitur. Populus israel ex ægypto saluatus: tabernaculū dño fecit. Et dicitur ab historein: idest videre vel cognoscere: quia antiquitus nemo scribebat historiā nisi qui vidisset: & sic quādo dictiones intelligūtur simpliciter vt sonant. est sensus litteralis vel historicus. Allegoria autem est: cū verbis aut rebus mysticis præsentia Christi & ecclesiæ sacramēta signātur. Verbis videlicet vt ait Esaias. Egredietur virga de radice iesse: quod aperte est dicere. Nascetur virgo maria de stirpe dauid: & de ea xp̄s nascetur. Reb⁹ mysticis est: populus israel ab ægyptiaca seruitute per sanguinē agni liberatus. Allegorice ecclesiā signat: quæ per passionē Christi a dæmoniaca seruitute liberata est. Et nota q̄ allegoria multis modis exponitur. Quandoq; a persona: vt isaac signat Christū. Quādoq; a re & nō persona: ut aries occisus significat christi carnem passam. Quādoq; a loco: vt Christus prædicaturus ascēdit in montem: vbi eminētia loci signat eius sapientiā et excellentiā. Quandoq; a numero: vt apprehendent septē mulieres virum vnū: idest septē dona gratiarū Christi. Quādoq; a negocio vel facto: vt interfectio Goliæ a dauid: interfectionē diaboli a christo signat. Anagogia autem ad superiora est ducēs locutio: quæ de præmio futuro & ea quæ in cœlis est vita futura apertis siue mysticis sermonib⁹ disputat. Apertis: vt cum dicitur. Beati mundo corde. Mysticis: vt cū dicitur. Beati qui lauant stolas suas: vt sit illis potestas in ligno vitæ: & per portam intrent ciuitatem. Quod sic exponitur anagogice. Beati qui mundant cogitationes suas & actus: vt sit illis potestas vidēdi dominum nostrum iesum Christū: qui dicit. Ego sum via vita & veritas: & p doctrinam & exempla præcedentium patrum intrant in regna cœlorum. Et sic est differentia inter allegoriā & anagogiā: quia allegoria est mysticus sensus pertinens ad militantē ecclesiā in qua sumus: sed anagogia est apertus sensus pertinens ad ecclesiam triumphantem: quæ est cōmunitas sanctorum iam triumphans & regnans. Tropologia vero est moralis locutio: quæ ad instructionem & correctionē animorum mystice siue aperte respicit. Mystice: vt ait Salomon. Omni tēpore sint vestimēta tua cādida: & oleum de capite tuo non deficiat: quod est dicere. Omni tēpore sint opera tua munda: & charitas de corde tuo non deficiat. Aperte: vt Ioannes dicit. Filioli non diligamus verbo neq; lingua: sed opere & veritate. Et vt breuiter habeas. Historia docet factum. Tropologia faciendum. Allegoria credendum. Anagogia appetendum. Vnde versus.

Littera gesta docet: quid credas allegoria.
Moralis quid agas: quo tendas anagogia.

Hæc patent in hac dictione hierusalem. Historice enim est nomen ciuitatis. Tropologice est typus animæ fidelis: Allegorice figura ecclesiæ militantis. Anagogice typum gerit ecclesiæ triumphantis. Vnde versus.

Sicut hierusalem polis est terrena fidelis:
Constans ecclesia: mons fortis: patria summa.

Incipit epistola beati Hieronymi ad Paulinum

presbyterum de omnibus diuinæ hystoriæ libris. Capitulum. i.

Frater Ambrosius tua mihi munuscula perferēs: detulit simul & suauissimas litteras: quæ a principio amicitiarum fidē probatæ iam fidei et veteris amicitiæ noua præferebant. Vera enim illa necessitudo est & christi glutino copulata: quā non vtilitas rei familiaris: nō præsentia tui corporū: nō subdola & palpans adulatio: sed dei timor & diuinarū scripturarū studia conciliāt. Legimus in veterib⁹ historiis quosdā lustrasse puincias: nouos adiisse populos: maria transisse: vt eos quos ex libris nouerāt: corā quoq; viderent. Sic Pythagoras mēphiticos vates: sic Plato ægyptū & Archytā tarētinū: eamq; oram italiæ: quæ quondā magna græcia dicebatur: laboriosissime peragrauit: vt qui Athenis magister erat & potēs: cuiusq; doctrinā Achademiæ gymnasia personabāt: fieret peregrin⁹ atq; discipulus: malēs aliena verecūde discere: q̄ sua impudēter ingerere. Deniq; cū litteras quasi toto orbe fugiētes persequitur: captus a piratis & venūdatus etiā tyrāno crudelissimo paruit: ductus captiuus: vinctus & servus: tamē quia philosophus: maior emēte se fuit. Ad Titū Liuiū lacteo eloquētiæ fonte manantem: de vltimis hispaniæ galliarūq; finibus quosdā venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationē sui Roma non traxerat: vnius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditū oībus sæculis celebrandūq; miraculū: vt vrbem tātam ingressi: aliud extra vrbem quærerent. Apollonius siue ille magus: vt vulgus loquitur: siue philosophus: vt pythagorici tradūt: intrauit persas: ptransiuit Caucasum: albanos: scythas: massagethas: opulentissima indiæ regna penetrauit: & ad extremum latissimo phison amne trāsmisso peruenit ad brachmanas: vt Hiarcham in throno sedētem aureo & de Tantali fonte potantem: inter paucos discipulos de natura: de moribus ac de cursu dierum & syderum audiret docentē. Inde per elamitas babylonios: chaldæos: medos: assyrios: parthos: syros: phenices: arabes: palestinos: reuersus alexandriam perrexit ad æthiopiam: vt gymnolophistas et famosissimam solis mēsam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq; quod disceret: & semper proficiēs: semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus. Capitulum. ii.

Prologus.

QVid loquar de ſæculi hominibus: cum apoſtolus Paulus vas electionis & magiſter gentium: qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur dicens. An experimētum quæritis eius qui in me loquitur chriſtus? poſt damaſcum arabiamq; luſtratam: aſcendit hieroſolymam vt videret petrum: & manſit apud eum diebus quindecim? Hoc enim myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus gentium prædicator inſtruendus erat. Rurſumq; poſt annos quattuordecim aſſumpto Barnaba & Tito expoſuit cum apoſtolis euangelium: ne forte in vacuum curreret aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latētis energiæ viuæ vocis actus: & in aures diſcipuli de autoris ore trāſfuſa fortius ſonat. Vnde & Eſchines cum Rhodi exularet: & legeretur illa Demoſthenis oratio: quā aduerſus eū habuerat: mirantibus cunctis atq; laudantibus: ſuſpirans ait. Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?

Capi. iii.

DEc hoc dico: q̄ ſit aliquid in me tale: quod vel poſſis a me audire: vel velis diſcere: ſed quo ardor tuus & diſcendi ſtudium etiam abſq; nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile et ſine doctore laudabile eſt. Nō quid inuenias ſed quid quæras conſideramus. Mollis cera et ad formandum facilis etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus: tamen virtutis totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtol? ad pedes Gamalielis legem Moyſi & prophetas didiciſſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritualibus telis: poſtea doceret confidenter. Arma enim noſtræ militiæ non carnalia ſunt: ſed potentia deo ad deſtructionem munitionū & cogitationes deſtruētes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei: & captiuātes omnem intellectum ad obediendū chriſto: & parati ſubiugare omnem inobedientiam. Timotheum ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditum: & hortatur ad ſtudium lectionis: ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionem manus preſbyterii. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes epiſcopi: quas breui ſermone depinxit: ſcientiam quoq; non negligat ſcripturarum: obtinentem inquit eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & cōtradicentes reuincere.

Capi. iiii.

SAncta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quātum ædificat ex vitæ merito eccleſiā Chriſti: tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta immo per malachiā dominus interrogauit ſacerdotes legem. In tantum ſacerdotis officium eſt: interrogatum reſpondere de lege. Et in Deuteronomio legimus. Interroga patrem tuum & annūciabit tibi: ſeniores tuos & dicent tibi. In pſalmo quoq; cxviii. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri cum eū arbori vitæ dauid quæ eſt in paradiſo compararet: inter cæteras virtutes hoc etiam intulit. In lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait. Iuſtos fulgere quaſi ſtellas: & intelligentes ideſt doctos quaſi firmamentū. Vides quātum inter ſe diſtāt iuſta ruſticitas & docta iuſticia. Alii ſtellis: alii cœlo comparantur. Quamq̄ iuxta hebraicam veritatem vtrūq; de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autem docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplendor firmamēti: & qui ad iuſticiā erudiūt multos: quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apoſtolus vas electionis? Nempe quia vas legis & ſcripturarū ſanctarum erat armarium. Phariſæi ſtupēt in doctrina domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem ſciant cū litteras nō didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio & cotidiana in lege meditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpiritus ſanctus ſuggerebat. Et erāt (iuxta quod ſcriptum eſt) docibiles deo. Duodecim annos ſaluator impleuerat: & in templo ſedens de quæſtionibus legis interrogans: magis docet dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticum Petrū ruſticum Ioannem dicimus: quorum vterq; dicere poterat. Et ſi imperitus ſermone non tamen ſcientia. Ioannes ruſticus: piſcator indoctus: & vnde illa vox obſecro. In principio erat verbum: & verbum erat apud deū: & deus erat verbum? Logos græce multa ſignificat. Nam & verbum eſt & ratio & ſupputatio & cauſa vniuſcuiuſq; rei: per quam ſunt ſingula quæ ſubſiſtunt: quæ vniuerſa recte intelligimus in Chriſto.

Capi. v.

